



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1682. usque ad annum 1690

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1781

VD18 90119231

§. 37. Josephus Cæsaris Filius in Regem Hungarorum Hæreditarium
coronatus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67608](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67608)

& dedendas urbes compulit. Agria Sæc. XVII.
 quoque seu Erlau Leopoldo Imperatori A. C. 1687.
 post diuturnum plurium Mensium ob-
 sidionem restituta est. Ipsa etiam Töcke-
 lii uxor eidem tradidit validissimum
 propugnaculum Mongatsch receptis in
 gratiam rebellibus, excepto solo
 Töckelio.

§. XXXVII.

*Josephus Cæsaris Filius hæreditarius
 Hungarorum Rex coronatus.*

Inter prosperos hosce Cæsarei exerci-
 tus progressus, Leopoldus Impera- Werbenz. A
 tor Paulum Seczenium Archiepisco- Jus Hung.
 pum Strigoniensem, necnon Paulum t. 2. art. 31.
 Esterhasium Hungariæ Palatinum una- pag. 42.
 cum præcipuis Regni Magnatibus Vien-
 nam die quarta Julii accersivit, eisque
 proposuit, ut Posonii ad primam No-
 vembris diem omnium Ordinum comi-
 tia haberent, in quibus præprimis in
 gratitudinis signum ob Hungariam Cæ-
 sareis armis a Turcarum servitute libe-
 ratam Josepho Filio ejus primogenito
 non modo Electionis jure, sed hæredi-
 taria successione, prout a primæva Re-
 gni institutione a D. Stephano, usque
 ad Mathiam Corvinum erat, Hungariæ
 coronam imponerent, simulque An-
 dreæ II. Regis edictum abolerent
 Anno

Sæc. XVII. Anno 1222. promulgatum, ubi hæc
 A. C. 1687. reperiuntur: quod si vero nos, vel
quis successorum nostrorum aliquo unquam
 tempore, huic dispositioni nostræ contrarium
 voluerit, liberam habeat harum auctoritatem
 sine nota alicujus infidelitatis tam Episcopi
 quam alii Barones & Nobiles Regni
 universi & singuli, præsentis & futuri, p
 sterique resistendi & contradicendi
 & nostris Successoribus in perpetuum p
 cultatem. Annuere Proceres, eoq
 hæc lex Regibus indigna, & populo
 perniciosa esset. His ita constituta
 Pofoniensibus comitiis initium dabo
 tur, ubi Leopoldus Cæsar die trigesima
 prima Octobris rursus petiit, filium
 suum Josephum Regia dignitate
 hæreditario ad Nepotes transmittend
 da insignirent: Habita desuper delibe
 ratione diu inter Magnates & Cæsaris
 Ministros disceptatum, præcipue quia
 Carolus Hispaniæ Rex ad se, postea
 que suos hujus successionis jura exten
 exposceret, obstabant etiam vehemen
 ter Protestantes, eorumque Ductus
 Töckelius: tandem vero miro potius
 morum consensu decretum condebat
 hujus sententiæ: In perpetuum porro re
 colendorum tantorum beneficiorum memo
 riam Regni Status declarant, quod amodo
 in posterum neminem alium, quam S. Ma
 jestatis propriis ex lumbis descendenti
 Major

Masculorum heredem primogenitum in perpetuum, id ipsum etiam statuentibus Art. 5. Anno 1547. aliisque superinde exstantibus pro legitimo suo Rege, & Domino sint habituri, atque deficientibus masculis ad Carolum II. Hispaniæ Regem successio extendatur, nulla vero ex utraque linea prole mascula existente tunc ad Ordines redeat jus electionis. Confecto hoc negotio Josephus die nona Decembris præstito prius juramento de servandis Regni legibus juribusque, a Paulo Seczenio Strigoniensi Archiepiscopo hæreditarius Hungariæ Rex inauguratus est, nonnisi novem annos natus. Insuper de instaurandis privilegiis a vitis, tuenda religionum libertate, Catholicorum possessione, redintegrandis Nobilibus ob rebellionem captivis, abolendo Eperienti sanguinario tribunali, & removendo Caraffa, Ordines egerunt, quorum postulatis omnibus Cæsar annuit, Religionis tamen controversias juxta Soproniensia decreta anno hujus sæculi trigesimo secundo condita decidi præcepit: Ordines vero jus præsidii in Hungariæ munimentis, necnon facultatem apprehendendi delinquentes Cæsari adjudicarunt.

Sæc. XVII.
A. C. 1687.